sicut supra legitur vel cunctis Cong^is eius. Quam vero cartam donationis seu dispositionis et offertionis Iohannes notarius scribens dictavit et supter coram testibus propriis manibus confirmans roboravit et testibus a nobis rogatis stipulationem et sponsionem solemniter imposuit. Actum in castro Viterbio.

Signum + manu Aimonis qui hanc cartam donationis et oblationis fieri rogavit

Signum + manu Petri Clerici nescientis litteras qui hanc cartam fieri rogavit.

+ Ego Petrus vir venerabilis archipbr rogatus ab Aimone et Petrone in hac carta dispositionis et donationis manu mea subscripsi.

Signum + manu Minconis Biscarionis curtis regiae Viterbiensis testis.

Signum + manu Leoniperti procuratoris testis

+ Ego Tinca lozipositus castri Viterbii rogatus ab Aimone et Petrone in hac carta donationis seu oblationis me testem subscripsi.

+ Ego Hermepertus rogatus ab Aimone socero meo in hac carta consentiens me testem subscripsi

+ Ego Causio rogatus ab Aimone et Petrone in hac carta oblationis et donationis me testem subscripsi.

+ Ego Ragipertus rogatus ab Aimone et Petrone in hoc scripto me testem subscripsi.

+ Ego Iohannes notarius qui hanc dispositionem scripsi complevi et dedi.

CXXVI.

In n. d. d. s. n. I. C. Regnante domno nostro Karolo excellentissimo rege Francorum atque Langobardorum anno regni eius in Italia deo propitio V. ego in dei nomine Hildeprandus gloriosus dux. pro mercede piissimorum domnorum nostrorum ut supra iterum et pro ~~per~~ nostra donamus atque concedimus in M. S. Dei gen^is Mariae po-